

CHARTULARIA
ECCLESIAE GRATIANOPOLITANÆ
DICTA
CHARTULARIA S. HUGONIS.

PRIMUM CHARTULARIUM
SIVE
CHARTULARIUM A.

I.

(Editum in Theodori *Pœnitentiali*, t. II, p. 536; apud D. Bouquet, *Recueil des Histor. des Gaules*, t. XIV, p. 761; apud Chorier, *Estat politique du Dauphiné*, t. II, p. 109, et apud Albert du Boys, *Vie de saint Hugues*, p. 462.)

Paschalis¹, episcopus, servus servorum Dei. Inter venerabiles fratres, Guidonem², Viennensium³, et Hugonem⁴, Gratianopolitanum episcopos, de pago Salmoracensi, per multos annos et multis in conciliis questio ventilata est. Novissime ante presentiam nostram Lugduni⁵ in hanc concordiam, ex nostri provisione iudicii, convenerunt ut ejusdem pagi equam divisionem facerent, et tam Viennensi quam Gratianopolitanæ ecclesiæ pars ejusdem divisionis vicinior redderetur. Quicquid autem in territorio infra Bornam et Isaram versus Gratianopolim constituto Viennensis archiepiscopus calumpniabatur ab

1107.
2 August.

¹ Paschalis II papa (1099-1118). ⁴ S. Hugo I *de Castro Novo* (1080-1132).
² Guido I *de Burgundia* (1083-1119). ⁵ Paschalis, post concilium in urbe
³ Alias: *Viennensem* (XCIX, C; CIII, C). Guastalla, mense octobri 1106, celebra-

Chartul. S. Hugonis.

omni deinceps infestatione liberum Gratianopolitanę ecclesię cederet. Porro ecclesiam Beati Donati, quę infra Viennensem parrochiam¹ continetur, cum omnibus mobilibus sive immobilibus ad eam pertinentibus, Gratianopolitanus episcopus jure proprietario possideret, et tam canonicas ipsius ecclesię quam universa ad eam pertinentia ipse disposeret: Viennensis autem parrochiali tantum jure in clericorum et altarium consecrationibus uteretur. Pari ergo communique consensu, Salmoriacensi² pagi talis est facta divisio ut undecim castella, cum ecclesiis et parrochiis et totis mandamentis suis, Viennensi ecclesię; item undecim castella, cum ecclesiis et parrochiis et totis mandamentis suis, Gratianopolitanę ecclesię dederentur. Hęc autem sunt castella quę in portionem Viennensis ecclesię segregata sunt: castrum Sancti Georgii, Brissiacum, castrum Veterę Villę³, castrum Orniciacum⁴, castrum Boziocellum⁵, castrum Leemps⁶, castrum Planilla⁷, castrum Clari Montis, castrum Sancti Jorii, castrum Peladrudi, castrum Vireu. Item hęc sunt quę in portionem Gratianopolitanę ecclesię obvenerunt: castrum Vinniacum⁸, castrum Nerpoicum, Castrum Novum, castrum Tullinum, castrum de Rivis⁹, castrum Moirencum, castrum Vorionem¹⁰, castrum Tulvonis, castrum Miribellum, castrum Minuetum de Scalis, castrum Vorapium; et super hęc, ecclesia de Cancellatico, cum tota parrochia sua. Sic, largiente Domino, supradictę questionis diuturnitas terminata est, et pacis atque concordię inter Viennensem et Gratianopolitanam ecclesiam earumque presules, utroque in idipsum consentiente, stabilitas instituta est. Quam stabi-

tum, in Franciam venit, et, cum apud Cluniacum Natalis Domini festa celebrasset, reversus est Lugdunum, ubi per plurimos menses commoratus est.

¹ Parochia cum sensu verbi *diæcesis* in nostro chartulario sæpe accipitur.

² Alias: *Salmracenci* (xcix, C); *Salmoriacensis* (ciii, C).

³ Alias: *Verevilla* (xcix, C); *Vere Ville* (ciii, C).

⁴ Alias: *Ornatiacum* (ciii, C).

⁵ Alias: *Bociosellum* (xcix, C); *Bozosellum* (ciii, C).

⁶ Alias: *Lehems* (xcix, C).

⁷ Alias: *Planisia* (xcix, C); *Planisia* (ciii, C).

⁸ Alias: *Vinaicum* (xcix, C, et ciii, C).

⁹ Alias: *Ripis* (ciii, C).

¹⁰ Alias: *Voironis* (ciii, C).

CHARTULARIUM A.

3

litem nos in perpetuum permansuram, largiente Domino, confirmamus, precipientes et omnimodis sanctientes ut pars quę Viennensi seu Gratianopolitanę, quemadmodum supra scriptum est¹, cessit ecclesię, semper ejus parrochia sit, nec ulli omnino personę liceat aut Viennensi suam aut Gratianopolitanę suam quę superius distincta est ullo umquam tempore subtrahere porcionem. Si vero alter adversus alterum in deliberate² parte questionem aut violentiam fecerit, juxta conditionem qua se in judicio uterque constrinxit accepta³ portionis possessione careat et omne⁴ deinceps agendi jus in eodem negotio prorsus amittat. Ad hęc preceptum est et repetita preceptione firmamus⁵ ne Viennensis episcopus ulterius in illa parte Gratianopolitanę ecclesię aut pacem, aut communiam, aut aliquam exactionem requirat, aliter quam in Diensi seu Vivariensi⁶ parrochia, ad Viennensem metropolim pertinente. Affuerunt huic judicio sive concordię, quę apud Lugdunum, III kalendas febroarii, facta est, venerabiles episcopi : Ricardus Albanus, Aldo Placentinus, Potius⁷ Anitiensis, Leodegarius Vivariensis, Guido⁸ Gebennensis, Eustachius Valentinus, Cono Maurianensis⁹, et Guigo¹⁰, comes Albionensis. Datum per manum Johannis, sanctę Romanę ecclesię diaconi cardinalis ac bibliotecarii, apud ecclesiam Sancti Petri de Alavardo, III^o nonas augusti, indictione xv, incarnationis Dominicę anno millesimo centesimo septimo, pontificatus autem domni Paschalis secundi papę octavo¹¹.

¹ Alias : *dictum est* (xcix, C).² Alias : *in deliberata* (xcix, C, et ciii, C).³ Alias : *accepte* (xcix, C).⁴ Alias : *omnem* (ciii, C).⁵ Alias : *firmavimus* (xcix, C).⁶ Alias : *Vivarensi* (xcix, C).⁷ Alias : *Poncius* (xcix, C, et ciii, C). Pontius I de Tournon (1102-1128).⁸ Guido I de Gebenna (circ. 1070 — circ. 1120.)⁹ Alias : *Mauriennensis* (xcix, C).¹⁰ Guigo III (1080 — circ. 1130).¹¹ Duo alia hujus bullę exemplaria exstant in chartulario C, n^o xcix et n^o ciii. In hoc ultimo exemplari, bulla usque ad verba *Guigo, comes Albionensis*, tantummodo transcripta est.

II.

(Editum in Theodori *Pœnitentia*li, t. II, p. 419.)1109.
18 April.

Paschalis, episcopus, servus servorum Dei. venerabili fratri Hugoni, Gratianopolitano episcopo, salutem et apostolicam benedictionem. Religiosis desideriis dignum est facile¹ prebere consensum ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. Eapropter desideriis tuis, reverentissime frater, benignius assentimus², et ecclesiam Gratianopolitanam, cui Deo auctore presides, decreti presentis auctoritate munimus. Statuimus enim et auctoritate apostolica interdicimus ne quis successorum vestrorum occasione aliqua presumat donare, vendere, vel alienare terras, possessiones, ecclesias, decimas, seu census ecclesiarum, et cetera quę vel per antecessores tuos vel per tuam industriam acquisita fraternitas tua possidet, vel in posterum tu successorumque tui, largiente Domino, ecclesię³ adquisituri estis. Si quis autem vel vendita vel donata susceperit, donec illa restituat excommunicationi⁴ subitatur. Illud etiam pariter interdicimus ne post tuum vel tuorum successorum obitum quisquam palam furtimve audeat bona ipsa subtrahere, donec pastor per Dei gratiam substituat ecclesię. Porro ecclesiam Sancti Donati in parrochia Vienne[n]si, quam videlicet regum largitione predecessores tui adquisivisse noscuntur, tibi tuisque successoribus sub jurisdictione proprietaria confirmamus. Donationem vero quam in eadem ecclesia Ulcensibus canonicis fecisti, secundum cyrographum concessionis tuę, ratam illis manere censemur, quatinus nec successorum tui canonicis ipsis quę sunt a te concessa surripere, nec ipsi canonici successoribus tuis, scripturę alicujus obtentu, valeant quę sunt a te retenta subtrahere. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona hanc nostrę constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita, si non satisfactione congrua emenda-

¹ Alias : *facilem* (c, C).² Alias : *assentimur* (c, C).³ Alias : *ecclesie tue* (c, C).⁴ Alias : *excommunicatus* (c, C).

CHARTULARIUM A. 5

verit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino
 iuditio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo
 corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi
 aliena fiat atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat.
 Cunctis autem eidem ecclesiæ justa servantibus sit pax Domini nos-
 tri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant¹
 et apud districtum judicem premia æternæ pacis inveniant. Amen,
 amen. Scriptum per manum Rainerii scriniarii regionarii et no-
 tarii sacri palatii. Data Laterani, per manum Johannis, sanctæ Ro-
 manæ ecclesiæ diaconi cardinalis ac bibliothecarii, x^o m^o kalendas
 maii, indictione 11^a², anno millesimo centesimo nono incarnationis
 Dominicæ, pontificatus autem domni Paschalis secundi pape anno
 decimo³. Ego Paschalis, catholicæ ecclesiæ episcopus, subscripsi.

Verbo Domini celi firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus
 eorum⁴.

III.

Carta Sancti Donati.

(Editum in Theodori *Pœnitentia*, t. II, p. 599.)

In nomine Domini, ego Hugo, Gratianopolitanus episcopus et pre-
 positus ecclesiæ Sancti Donati, notum facio filiis Gratianopolitanæ
 ecclesiæ, presentibus et futuris, quod canonici Sancti Donati abre-
 nuntiaverunt seculo et sub canonica professione decreverunt Deo
 servire; et, quoniam ipsorum numerus non sufficiebat ad servitium

1105.
 22 Januar.

¹ Alias : *recipiant* (c, C).
² Theodorus *perperam* edidit : *indictione 111*.
³ Hujus bullæ data secundum morem Florentinum, sæpissime a Paschale II adoptatum, computata est.
⁴ Alterum hujus Paschalis bullæ exemplar invenitur in chartulario C, n° c. In hoc secundo exemplari deest subscriptio : *Ego Paschalis, catholicæ ecclesiæ episcopus, etc.*

eiusdem ecclesie, eorundem canonicorum rogatu, cum consilio canonicorum nostrorum, scilicet Gratianopolitane ecclesie, committo canonicos regulares ecclesie Sancti Donati Nantelmo, Ulcensis ecclesie preposito, et omnibus successoribus ejus, ut eis obedienciam promittant, et promissam secundum Deum in omnibus et per omnia teneant et professionem illis faciant; et totam communiam ipsius ecclesie, quam modo habent vel in futuro juste acquisituri sunt, eis perpetuo jure dono, salva obedientia et reverentia, subjectione et potestate Gratianopolitani episcopi, et salvo Apostolice Sedis privilegio. Nomen vero et honorem prepositi, videlicet omnes possessiones ad prepositum pertinentes et jus episcopi Gratianopolitani tam in temporalibus quam in spiritualibus rebus, michi retineo et successoribus meis, salva in omnibus disciplina canonicorum regularium ibidem commorantium. Thesaurum autem et ornamenta sive libros ecclesie non liceat eis vendere sive aliquo modo alienare, sine consilio Gratianopolitani episcopi et consensu Gratianopolitane ecclesie canonicorum. Domos vero meas, terras et vineas, et omnia que ex his michi proveniunt, cum terminus vite mee vel successorum meorum contigerit, predictis fratribus regularibus committo custodienda et servanda successoribus meis, videlicet Gratianopolitane ecclesie episcopis. Si quis hujus nostre constitutionis paginam violare preumpserit, nisi bis terciove commonitus emendare studuerit, iram Dei omnipotentis incurrat et, donec resipuerit, excommunicationi subiaceat. Prior autem ecclesie Sancti Donati ad sinodum in qua cantatur *Jubilate*, nisi necessitas canonica prohibuerit, Gratianopolim veniat. Data in capitulo Gratianopolim, xi^o kalendas febroarii, anno incarnationis Dominice millesimo centesimo v^o, indictione xiii. Hanc donationem laudaverunt canonic ecclesie Gratianopolitane, scilicet: Guigo, decanus, Guigo de Lanz, Rostagnus, Odalricus, Folcherius, Petrus Garcini, Fulco, Galdinus, Humbertus, Arbertus, Petrus de Visilia, Petrus Fremundi, Beto¹, Geraldus, Ainardus, Amedeus,

¹ Alias : *Betto* (cv, C).

CHARTULARIUM A.

7

Petrus Canonicus, Galterius, Benedictus, Folcherius de Lanz. Signum Guigonis, comitis¹. Signum filii ejus, Guigonis Veteris. Richardus, clericus domni Hugonis, Gratianopolitani episcopi, scripsit hanc cartam².

IV.

Carta Sancti Martini.

(Editum apud Chorier, *Estat politique du Dauphiné*, t. II, p. 103.)

Ego Hugo, Gratianopolitanę ecclesię vocatus episcopus, notum facio successoribus meis et ecclesię Gratianopolitanę filiis quomodo edificaverim ecclesiam Beati Martini quę est in parrochia Sancti Himerii. Tres quippe clerici, Petrus videlicet Guilelmi, et Johannes Longobardus et Constantinus, seculo abrenuntiare volentes, venerunt ad me, postulantes ut eis regularem habitum traderem et locum ubi sub canonica professione et obędientia nostra Deo servirent. Quibus concessi ecclesiam Sancti Martini eo pacto et partem cimiterii quę est ad australem plagam, ubi claustrum, domos et officinas facerent. Illam vero partem cimiterii, quę respicit ad aquilonem, michi meisque successoribus retinui, ubi domos et quę nobis forent necessaria construerem³. Qui in sinodo nostra habitum regularem a nobis susceperunt, et, suscepta benedictione, obędientiam nobis promiserunt. Quibus postea donavi ecclesiam Sancti Hymerii et ecclesiam Beatę Marię de Biveu, retento annuo censu, scilicet decem solidorum, excepta parata, et donavi eis medietatem decimę ejusdem parrochię quam laici possidebant, excepto de condaminis quas tunc habebam et de vinea quę fuit de chabanaria Petri Aldiardi : aliam

S. D.

Circ. 1100,
1080-1132.

¹ Guigo III, comes Albionis, pater Guigonis IV, qui titulum dalphini prior accepit.

² Duo alia ejusdem chartę exemplaria

exstant in chartulario C, n° cv et n° cvii; in quibus deest tantum subscriptio : *Richardus, clericus*.

³ Alias : *construeremus* (xcv, C).

vero medietatem michi meisque successoribus retinui. Sequenti vero tempore, predictis fratribus crescentibus numero et religione, donavi eis tanquam propriis filiis quindecim ecclesias, retentis annuis censibus in ipsis ecclesiis, excepta parata, videlicet: in ecclesiis Sancti Pancratii et Sancti Hylarii viii^o sextaria frumenti mundati, ad mensuram Gratianopolitanam; in ecclesia Sancti Bernardi unam eminam mellis; in ecclesia Sanctę Marię quę dicitur Episcopalis iii^{es} solidos et duas libras cereę; in ecclesia de Petra, et de Campo, et de Adreiz, et de Tencinis, et de Ortigeriis x^{cim} iii^{or} solidos, excepta parata, et duas ceras de vi libris; in ecclesia de Aquis x solidos, excepta parata, et unam ceram de tribus libris: in ecclesia de Crosis iii^{or} solidos; in ecclesia Sancti Stephani de Arvisio v^e solidos; in ecclesiis Beatę Marię de Arvisio, et Sancti Johannis et de Deserto, retinui stationem meam cum sociis sex, a festivitate apostolorum Petri et Pauli usque ad Assumptionem beatę Marię. Hęc omnia predicta concessi prenominais canonicis et successoribus eorum, salva in omnibus tam in ipsis quam in ecclesiis eorum obędientia, potestate, subjectione, quam¹ proprii canonici suo debent exhibere episcopo, non tamen ad destructionem, sed ad custodiam et defensionem. Successores vero mei eos tanquam boni patres tueantur et foveant; ipsi autem tanquam boni filii eis obediant et in omnibus secundum Deum subjecti sint. Et si forte, quod absit, prenominais loci canonicorum regularium solatio destitutus fuerit, tunc tam prefatę ecclesię quam ecclesiastica bona ad nos vel ad successores nostros tanquam ad proprium dominum suum redibunt².

¹ Alias : *quas* (xcv, C).

Hęc charta iterum transcripta est in

chartulario B, n^o xviii, et in chartulario C, n^o xcv.

CHARTULARIUM A.

9

V.

Carta de Tolino.

Ego Hugo, Gratianopolitanus episcopus, rogatu domni Guidonis¹, Viennensis archiepiscopi, et canonicorum nostrorum interventu, concessi abbati Guilelmo Sancti Theuderii² et successoribus suis ecclesiam de Tollino³, cum parrochia sua et omnibus rebus ad ipsam pertinentibus, videlicet decimis, primitiis, oblationibus et sepulturis. Et retineo michi et successoribus meis annum censum, in eadem ecclesia, xv solidos, et ospitia michi, et clericis nostris et familie nostre, quotienscumque opus fuerit, et paratam, que constat xii^{cim} denariis in parrochiali ecclesia et vi denariis in capella. Scripta hec carta anno Dominice incarnationis millesimo c^o viii^o⁴. Canonici Gratianopolitane ecclesie laudant hanc concessionem, scilicet Guigo, decanus, Guigo de Lanz, Rostagnus, Odalricus, Humbertus, Arbertus, Geraldus, Beto⁵.

1108.
9 Septembr.

VI.

Hec carta, que est de ecclesia Sancti Stephani Lugdunensis, dicit quod hec ville Colonicas, Fistiliacum, Caduliacum, que sunt in mandamento de Vireu, in pago Salmoriacensi sunt, et in episcopatu Gratianopolitano.

(Editum apud Baluze, *Miscellanea*, lib. II, p. 150; et *Rer. Gallic. Script.* t. IX, p. 339.)

In nomine Domini Dei eterni et Salvatoris nostri Jesu Christi,

885.
20 Jun.

¹ Alias : Widonis (LXXIII, B; LXX, C).
² Alias : Thederii (LXXIII, B).
³ Alias : Tolino (LXXIII, B; LXX, C).
⁴ Alias : *Facta hec donatio v^o idus septembris, anno incarnationis Dominice m^o c^o viii^o* (LXXIII, B; LXX, C).
⁵ Alias : *Testes sunt hujus donationis ca-*

nonici Gratianopolitane ecclesie, scilicet Rostagnus, Guigo de Lanz, Guigo, decanus, Odobricus, Fulco, Galdinus, Petrus Fromundi, Giraldus de Clais (LXXIII, B; LXX, C). — Duo alia hujus chartæ exemplaria exstant, in chartulario B, n^o LXXIII, et in chartulario C, n^o LXX.

Karolus¹, divina ordinante providentia, imperator, augustus. Si fidelium nostrorum ratis petitionibus aures nostrę pietatis accomodamus et eorum utilitatibus consulimus, imperiali celsitudini operam damus, et ob id eorum animos nostrę fidelitati promptiores exhibemus. Idcirco, notum sit omnibus fidelibus sanctę Dei ęcclesię et nostris, presentibus scilicet atque futuris, quoniam, deprecatione dilecti nobis Luituardi², venerabilis episcopi, et Barnardi³, illustrissimi marchionis, concessimus ęcclesię beatissimi protomartyris Stephani Lugdunensis⁴, cui venerabilis Aurelianus⁵ archiepiscopus preesse dinoscitur, ęcclesias villisque cum omnibus ad eas pertinentibus, in pago Lugdunensi sitas, pro remedio anime nostrę, conjugisque ac prolis, longo jam tempore ab ipsa ęcclesia alienatis, videlicet, foris murum ipsius civitatis ęcclesiam Sancti Laurentii [cum] beneficiolo ad illam pertinentem; Genoliacum quoque villam, cum portu et mercato, habentem capellam et mansos, inter absos et vestitos, triginta tres, cum omnibus ad ipsam pertinentibus; Dagniacum etiam habentem capellam et, inter absos et vestitos, mansos triginta, cum omnibus quę ad eum aspitiunt. Contulimus quoque ęcclesię Sancti Hyrenei, ad stipendiam canonicorum ibi deservientium, pro ęterna remuneratione, in Lupertiaco mansos tres, in Vibaco⁶ mansum unum, in Monte mansos duos, et in Cabanniaco mansos duos. Volumus quoque, ad prefatorum fidelium nostrorum deprecationem, precepta a nostris statuta patris piissimis, videlicet imperatoribus augustis, Hlotario⁷ atque Karolo⁸, eorumque filiis, Hlotario⁹

¹ Carolus Crassus, rex Italię anno 879, coronatus imperator a. 881, rex Francorum a. 885.

² Luituardus vel Liutwardus, episcopus Vercellensis, cancellarius imperatoris.

³ Bernardus, marchio Gothię et comes Arvernensis, natus anno 840, defunctus anno 886.

⁴ Metropolis ecclesia Lugdunensis, pri-

mum S. Stephano, postea S. Joanni Baptistę dicata.

⁵ Aurelianus archiepiscopus (875-895).

⁶ Alias : *Viliaco*.

⁷ Lotharius I, imperator, filius major natu Ludovici Pii.

⁸ Carolus Calvus, rex Francorum et imperator.

⁹ Lotharius, secundus Lotharii imperatoris filius et rex Lotharingię (855-869).